Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

II. Re

cadauer saul. et cadauera filiorum eius
de muro bethsan. Venientes
autem galaad. et combusserunt ea igni.
et tulerunt ossa eorum et sepelierunt in
nemore iabes. et ieiunauerunt sep-
tem dies. Incipit liber secundus Regum.

Factum est autem post
mortem saul
et david
reuertereretur
a cede ama
lech. et ma
nsisset in
siceleg
duos dies.
In die autem tertia apparuit
homo veniens de castris
saul. habens vestimenta. et pulvere
aspersus capite. Et ut venit
ad david. cecidit super faciem
suam. et adorauit. Dixitque
ad eum david. Vnde venis.
Qui ait. De castris israel fu
gi. et dixit ad eum david. Quid
est rebus quod factum est. Indica
mihi. Qui ait. Fugit
populus de prelio. et multi ceciderunt
ex populo mortui sunt. Sed
et saul et ionathas filius eius
mortui sunt. Dixitque david
ad adolescentem qui nuntiabat ei. Vnde scis quod
mortuus sit saul et ionathas
filius eius. Et ait adolescens
qui nuntiabat ei. Casu ue
ni in montem gelboe. et saul
incumbebat super hastam su
am. Porro currus equites
adsequebantur eum. et conuersus
post tergum suum. vidensque
me vocauit. Cui respondi
ecce assum. dixit mihi. Quis
nam es tu. Ait ad eum. Ama
lechites sum. Et locutus est mihi.
Sta super me et interfice me. quoniam
tenent me angustie. et adhuc to
ta anima mea in me est. Stansque
super eum occidi illum. sciebam enim
quod uiuere non posset post ruinam.
Et tuli diadema quod erat in capite
eius. et armillam de brachio eius. et
attuli ad te dominum meum. ecce
hic. Apprehendens autem david vesti
menta sua scidit. omnesque uiri qui
erant cum eo. et planxerunt. et fleuerunt
et ieiunauerunt usque ad uespam super
saul et ionathan filium eius. et super
populum domini. et super domum israel. quod cor
ruissent gladio. Dixitque david ad
iuuenem qui nuntiauerat ei. Vnde
es tu. Qui respondit. Filius hominis
aduenae amalechitae ego sum. Et ait
david ad eum. Quare non timuisti
mittere manum tuam ut occideres
christum domini. Vocansque david
unum de pueris suis ait. Accede et perue
ni eum. Qui percussit illum. et mor
tuus est. Et ait ad eum david. San
guis tuus super caput tuum. Os enim
tuum locutum est aduersum te dicens.
Ego occidi christum domini. Planxit autem
david planctum hunc super
saul et super ionathan filium eius.
et precepit ut docerent filios iuda plan
ctum sicut scriptum est in libro iu
storum. Et ait. Considera israel. phis qui
mortui sunt super excelsa tua uulne
rati. Inclita israel super montes tuos in
tfecti sunt. Quomodo ceciderunt for
tes. Nolite annuntiare in geth. neque
annuntietis in compitis ascalonis. ne
forte letentur filie philistinorum. ne ex
ultent filie incircumcisorum. Montes gel
boe nec ros neque pluuia veniat super
uos. neque sint agri primitiarum. quia
ibi abiectus est clypeus fortium. clypeus